

Cornuti Fauni, celeres Satiri genūique,
 Sunt nimphe Driades et Amadriades alieque
 Montibus et silvis, fluviis et vallibus eque.
 Quos etsi celi dignos non ducat honore,
 Esse tamen celebres vult Iuppiter hac regione, 275
 Qui sanctus, qui perfectus deus esse putatur,
 Qui celebris merito celestibus associatur.
 Qui nondum plene profecit ad optima vitę,
 Hunc ego semideum presumam dicere rite.
 Et quia pro sexu gemino varie geminantur, 280
 Divi sive deę scriptorum more vocantur.
 Inter quos ego, Pan, non ultimus exsto deorum, p. 117a
 Numen pastorum, iocus et solamen eorum,
 Cornibus insignis, baculo pedibusque caprinis.“

Phebus:

“Principium tale talis decet utique finis.” 285

<Pan>:

“Pastores populi non ab re cornua gestant,
 Qui formidandos se vivendo bene prestant.
 Quod baculus sursum trahit expungitque deorsum,
 Denotat esse bonos nunc ad meliora trahendos,
 Nunc oblatrantes depunctura feriendos.” 290

Cui saltus capre constant et visus acutus,
 Scit, quod non male sit Pan de pastore locutus.
 Fistula gestatur, ut semper recta loquatur.

277 celebris merito] *Glosse*: vel celebs merito. 280 geminantur] geminatur
Hs. 282] *über der Zeile*: Pan. Hier soll kein Sprecherwechsel markiert werden,
 vielmehr greift die *Glosse* lediglich den im Vers genannten Namen auf. 290 de-
 punctura] *Nicht belegt, aber von depunctio und depuncturare ableitbar.* 291 ca-
 pre] *Nach Korrektur.*